



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Encíclica de Su Santidad referente á las Iglesias orientales.—II. Alocución del Padre Santo al Colegio Cardenalicio, con motivo de la Natividad.—III. Circular del Emmo. Cardenal de Toledo, para la predicación de la Santa Bula.—IV. Edicto anunciando la vacante del Beneficio de Sochantre en esta Catedral.—V. Sobre duplicidad del impedimento de parentesco espiritual.—VI. *Collatio moralis pro mense Januarii*.—VII. Ordenes conferidas por el Excelentísimo Prelado.—VIII. Los Padres Carmelitas en Salamanca.—IX. Hermandad de Sufragios mútuos del Clero (Advertencia).

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

LITTERAE APOSTOLICAE DE DISCIPLINA ORIENTALIUM
CONSERVANDA ET TUENDA

LEO EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Orientalium dignitas Ecclesiarum, pervetustis rerum monumentis eisque insignibus commendata, magnam habet toto christiano orbe venerationem et gloriam. Apud



illas enim, inita benignissimo Dei consilio, humanae redemptionis primordia, celeriter ad ea properavere incrementa, ut laudes apostolatus et martyrii, doctrinae et sanctitatis primo honore floruerint, primam saluberrimorum fructuum laetitiam ediderint. Ex illis autem perampla beneficiorum vis in ceteros late populos mire profluxit; quum beatissimus Petrus, princeps apostolici ordinis, multiplicem erroris vitique pravitatem disjecturus, lumen veritatis divinae, evangelium pacis, Christi libertatem in dominam gentium urbem caelesti numine intulit.—At Ecclesiis Orientalibus Romana potissimum, ecclesiarum omnium caput, sane quantum honoris et caritatis inde a memoria apostolica tribuere consuevit et quam fideli obsequio vicissim laetari, easdemque, per varia deinde atque acerba tempora, nequaquam ipsa destitit, providentia et benefactis, a jacturis erigere, devinctas retinere, revocare discordes. Neque ultimum illud fuit vigilantiae officium, ut proprias cujusque orientalis gentis consuetudine sacramque rationes, quas pro potestate et sapientia sua legitimas edixisset, integras in eis perpetuo custodiret ac tueretur: cujus rei documento multa sunt quae Decessores Pontifices, cum primis Pius IX fel. rec., vel suis ipsi actis vel per sacrum Consilium christiano nomini propagando prudentissime censuerunt.—Non minore permoti Nos ad ductique studio, sub ipsa pontificatus initia, ad christianas Orientis nationes oculos peramanter convertimus. Maturavimus quidem conferre curas ad earum allevandas necessitates, aliasque sumus deinceps occasiones nacti actuosae benevolentiae testandae: sed nihil profecto antiquius sanctiusque fuit neque est, quam animis cum Sede Apostolica obstrictis, adeo in eis ardorem excitare et fecunditatem fidei, ut ad majorum excellentiam et laudem exemplis renovatis nitantur.

Jam licuit aliquot adjumenta Ecclesiis illis afferre.— Collegium hac ipsa in Urbe clericis Armeniis et Maronitis instituendis, itemque Philippopoli et Hadrianopoli pro Bulgaris, condidimus; Athenis Leonianum condendum decrevimus; etiam seminario sactae Annae, quod Hierosolymae cleri Graeci Melchitae educendi causa, coeptum est, majorem in modum favemus. In eo praeterea sumus ut Syrorum numerum in alumni Collegii Urbaniani augeamus; utque Athanasianum Graecorum ad pristinum restituamus institutum, quod Gregorius XIII, munificus auctor, sapienter voluit, unde viri extiterunt clarissimi. Plura vero in hoc similique genere experiri Nos atque efficere posse, eo nunc vehementiore voluntate exoptamus, postquam, aspirante Deo, consilium jamdiu meditatum perfecimus appellandi singulari epistola principes et populos universos ad felicem fidei divinae unitatem. Nempe inter christianas gentes calamitose divulsas, primo loco Orientales vocare, adhortari, obsecrare contendimus, quanta maxima potuimus apostolica et paterna caritate. Inchoatam spem quotidie magis foveri periuncundum accidit Nobis, certumque est, opus tam salutare enixius insistere; ut, quidquid ex Apostolicae Sedis providentia expectari possit, admodum expleamus, quum submovendis simultatis vel suspicionis causis, tum optimis quibusque reconciliationis praesidiis admovendis.—Praestantissimum id esse existimamus, ad incolumitatem disciplinae Orientalium propriae; cui valde semper tribuimus, animum curasque adjicere. Qua in re jam Nos clericorum ephebeis earum gentium proxime conditis hanc etiam dedimus praescriptionem, dabimus eandem condendis; ut maxima religione ritus colant et observent suos, in eisque cognitionem usumque alumni capiant. Siquidem in rituum orientalium conservatione plus inest quam credi possit momenti. Augusta enim, qua varia ea ri-

tuum genera nobilitantur, antiquitas, et praeclaro est ornameto Ecclesiae omni, et fidei catholicae divinam unitatem affirmat. Inde enimvero, dum sua praecipuis Orientis Ecclesiis apostolica origo testatior constant, apparet simul et enitet earundem cum Romana usque ab exordiis summa conjunctio. Neque aliud fortasse admirabilius est ad *catholicitatis* notam in Ecclesia Dei illustrandam, quam singulare quod ei praebent obsequium dispares caeremoniarum formae nobilesque vetustatis linguae, ex ipsa Apostolorum et Patrum consuetudine nobiliores; fere ad imitationem obsequii lectissimi quod Christo, divino Ecclesiae auctori, exhibitum est nascenti, quum Magi ex variis Orientis plagis devecti *venerunt... adorare eum* (1).—Quo loco illud apte cadit animadvertisse, quod sacri ritus, tametsi per se instituti non sunt ad dogmatum catholicorum evincendam veritatem eadem tamen viva propemodum exprimunt splendideque declarant. Quapropter vera Christi Ecclesia, sicut magnopere studet ea custodire inviolata quae, utpote divina, immutabilia accepit, ita in usurpandis eorundem formis nonnunquam concedit novi aliquid vel indulget, in iis praesertim quae cum venerabili antiquitate conveniat. Hoc etiam modo et ejus vitae nunquam senescentis proditur vis, et ipsa magnificentius Christi sponsa excellit, quam sanctorum Patrum sapientia veluti adumbratam in effato agnovit davidico: *Astitit regina a destrix tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate... in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus* (2).

Quoniam igitur haec rei liturgicae disciplinaeque orientalis jure probata varietas, praeter ceteras laudes in tantum decus utilitatemque Ecclesiae convertitur, eo non mi-

(1) Matth. II, 1-2.

(2) Ps. XLIV.

nus pertineant muneris Nostri partes oportet, recte ut sic consultum, ne quid incommodi imprudenter obrepat ab occidentalibus Evangelii administris, quos ad eas gentes Christi caritas urgeat. — Rata quidem permanent quae in hoc Benedictus XIV, Decesor Noster illustris, sapienter providique decrevit per Constitutionem *Demandatam*, in forma epistolae, die datam XXIV decembris anno MDCCXLIII, ad Patriarcham Antiochenum Graecorum Melchitarum omnesque ejusdem ritus Episcopos eidem Patriarchae subiectos. Verum, aetatis decursu non brevi, novatis per ea loca rerum conditionibus, atque latinis Missionariis Institutisque ibidem multiplicatis, factum est ut peculiaries quaedam Apostolicae Sedis curae in eadem causa exposcerentur: quod certe per oportunitate fore, crebra per hosce annos occasione Nosmetipsi cognoramus, et desideria aequissima confirmaverant Venerabilium Fratrum in Oriente Patriarcharum, non semel ad Nos delata. Quo autem totius negotii apertius pateret summa, aptioresque providendi rationes definirerentur, eosdem Patriarchas haud ita pridem in Urbem advocare placuit, quibuscum communicaremus consilia. Tum eos, una cum nonnullis Dilectis Filiis Nostriis S. R. E. Cardinalibus, coram ad deliberandum frequenti congregatione habuimus. — Iis autem rebus omnibus, quae communiter propositae et agitatae sunt, meditate perpensis, induximus anum certa quaedam ejusdem Benedictinae Constitutionis praescripta, congruenter novis earum gentium temporibus, explicatiora facere et ampliora. In quo praestando, hoc tanquam principium ex ipsa deprompsimus sacerdotes nempe latinos eo tantum consilio ab Apostolica Sede in illas legiones mitti, ut sint Patriarchis et Episcopis *in adiutorum et levamen*; cauto propterea *ne utendo facultatibus sibi concessis, eorum jurisdictioni praejudicium infe-*

rant et numerum subditorum imminuant (1), ex quo perspicuum extat quibus legibus officia eorundem Latinorum ad Hierarchiam Orientalem sint temperanda.

Itaque rerum capita quae sequuntur visa sunt in Domino praescribenda et sancienda, ut facimus Apostolica fulti auctoritate: jam nunc declarantes velle Nos atque edicere ut eadem Benedictina decreta, quae de Graecis Melchitis primitus data sunt, fideles omnes cujusvis in Oriente ritus universe attingant.

I. Missionarius quilibet latinus, e clero saeculari vel regulari, qui orientalem quempiam ad latinum ritum consilio auxiliove inducat, praeter *suspensionem a divinis* quam *ipso facto* incurreret, ceterasque poenas per eandem Constitutionem *Demandatam* inflictas, officio suo privetur et excludatur. Quae praescriptio ut certa et firma consistat, exemplar ejus patere vulgatum apud Latinorum ecclesias jubemus.

II. Ubi desit proprii ritus sacerdos cui Patriarcha orientalis mandet spiritualement suorum administrationem, ibi eorum curam suscipiat Parochus alieni ritus qui easdem atque ipsi species, azymum vel fermentatum, ad consecrandum adhibeat; anteferatur qui eas adhibeat ritu orientali.—Fidelibus autem sit facultas communicandi utrovis ritu, non eis tantummodo locis ubi nulla ecclesia nec sacerdos sui proprii ritus habeatur, prout a sacro Consilio christiano nomini propagando decretum est die XVIII augusti anno MDCCCXCIII, verum etiam ubi, propter longinquitatem ecclesiae suae, non eam possint, nisi cum gravi incommodo, adire: de quo Ordinarii esto iudicium. Idque fixum resideat, eum qui alieno ritu vel diu communicave-

(1) Const. *Demandatam*, n. 13.

rit, non propterea censendum mutasse ritum, sed in ceteris officiis omnibus perseverare Parocho suo additum.

III. Sodalitates Religiosorum latinae, quae juventuti instituendae in Oriente dant operam, si quo in collegio alumnos ritu orientali non paucos numerent, sacerdotem ejusdem ritus, Patriarcha consulto, apud se habeant ipsorum commodo alumnorum, ad misae sacrificium, ad sacram synaxim, ad catechesim patria lingua impertiendam ritusque explicandos; aut saltem diebus dominicis ceterisque de praecepto occurrentibus festis talem sacerdotem arcessant, ea officia praestitutum. Quam ob causam eisdem Sodalitatibus quaevis privilegia, etiam speciali mentione digna, quibus gaudeant ut alumni orientalis ritus, quamdiu in collegiis ipsarum degant, latinum sequantur, adempta, esse omnia edicimus; de ritualibus autem abstinentiis servandis moderatores cum religiosa aequitate videant.— Item alumnis externis prospiciatur: quos ad proprias ipsorum ecclesias seu curias remitti aut perducere oportebit, nisi videatur eos cum internis ad ejusdem ritus officia admitte-
tendos.

IV. Eadem praescripta transferenda sunt, quoad fieri possit, ad Religiosarum Sodalitates, puellis educandis in asceteriis scholisque debitas. Quod si qua immutatio per tempora et res opportuna inciderit, ea non ante fiat quam Patriarchae consensus accesserit et venia Apostolicae Sedis.

V. Nova, ritu latino, juventutis collegia vel domus Religiosorum utriusvis sexus ne in posterum aperiuntur, nisi Apostolica Sede rogata et consentiente.

VI. Presbyteris tum latinis tum orientalibus, neque in suis neque in alieni ritus ecclesiis, fas est quemquam absolvere a casibus qui suis cujusque Ordinariis sint reservati, nisi facultate ab eisdem permissa: qua in re quodvis

privilegium, vel speciali mentione dignum, prorsus revocamus.

VII. Orientalibus qui ritum latinum, etiamsi ex pontificio rescripto, susceperint, revertere ad pristinum, Apostolica Sede exorata, licebit.

VIII. Mulieri latini ritus quae viro nupserit ritus orientalis, aequae ac mulieri orientali quae nupserit latino, integrum erit ut ad ritum viri, ineundo vel durante matrimonio, transeat: matrimonio autem soluto, resumendi proprii ritus libera erit potestas.

IX. Quicumque orientalis, extra patriarchale territorium commorans, sub administratione sit cleri latini, ritui tamen suo permanebit adscriptus; ita ut, nihil diuturnitate aliave causa ulla suffragante, recadat in ditionem Patriarchae, simul ac in ejus territorium revererit.

X. Nulli, utriusvis sexus, Ordini vel Instituto religioso latini ritus, quemquam orientalem inter sodales suos fas erit recipere, qui proprii Ordinari testimoniales litteras non ante exhibuerit.

XI. Si qua ex dissidentibus communitas vel familia vel persona ad catholicam unitatem venerit, conditione velut necessaria interposita amplectendi latini ritus, huic ritui remaneat ea quidem ad tempus adstricta, in ejus tamen potestate sit ad nativum ritum catholicum aliquando redire. Si vero ejusmodi conditio non intercesserit, sed ideo ipsa communitas, familia, persona a latinis presbyteris administretur quia desint orientales, regrediendum ipsi erit ad ritum suum, statim ut sacerdotis orientalis fuerit copia.

XII. Matrimoniales et ecclesiasticae, quaecumque sint causae, de quibus ad Apostolicam Sedem appellatio fiat, nequaquam Delegatis Apostolicis definiendae, nisi aperte

ea jusserit, committantur, sed ad sacrum Consilium Christiano nomini propagando omnino deferantur.

XIII. Patriarchae Graeco Melchitae jurisdictionem tribuimus in eos quoque fideles ejusdem ritus qui intra fines Turcici Imperii versantur.

Praeter istas peculiare cautiones atque ex jure praescripta, maxime Nos tenet cura, quod supra attigimus, ut condantur opportunioribus in Oriente locis seminaria, collegia, instituta omne genus, eaque prorsus ad juvenes incolae ipso ritu patrio formandos in suorum auxilia. Hoc propositum, in quo dici vix potest quanta religioni inhaereat spes, studiose Nos aggredi, prolixisque subsidiis provehere, affluente, ut confidimus, catholicorum ope, deliberatum habemus. Sacerdotum indigenarum operam, quippe et convenientius impensam et cupidius acceptam, multo futuram quam advenarum fructuosiore, paulus fusius est a Nobis monstratum in encyclicis litteris quas dedimus superiore anno de collegiis clericorum in Indiis Orientalibus constituendis.—Ita porro sacrae juventutis institutioni semel consulto, profecto studiis rei theologiae et biblicae apud Orientales accrescet honos; vigebit linguarum veterum eruditio aequae ac in recentibus sollertia; doctrinae et litterarum census, quo Patres eorum scriptoresque abundant, in commune bonum, largius proficiet: eo demum peroptato exitu, ut sacerdotii catholici emergente doctrina integrique exempli laude praelucente, propensius ejusdem matris complexum fratres dissidentes requirant. Tum vero si ordines cleri animos, studia, actionem charitate vere fraterna sociaverint, certe, favente et ducente Deo, dies maturabitur auspiciatissima, qua, occurrentibus omnibus *in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei*, plene ex eo perfecteque *totum corpus compactum, et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensu-*

ram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in aedificationem sui in charitate (1). Ea nimirum gloriari unice potest Christi vera esse Ecclesia, in qua aptissime cohaereat *unum corpus et unus spiritus* (2).

Haec universa et singula, quaecumque sunt a Nobis decreta, minime dubium quin Venerabiles Fratres Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi quovis orientali ritu catholici, pro ea qua praestant tum in Cathedram Apostolicam et in Nos pietate, tum suarum sollicitudine Ecclesiarum, omni sint reverentia et obtemperacione suscepturi, idque sedulo effecturi ut eorundem observantia, ab iis quorum interest, plena consequatur.—Copia vero fructuum, quos inde augurari licet et jure optimo expectare, valde ex opera eorum proveniet qui gerunt personam Nostram per Orientem christianum. Delegatis propterea Apostolicis commendatissimum volumus ut illarum gentium tradita a majoribus instituta honore debito vereantur; Patriarcharum auctoritatem quo par est obsequio colant, colendam curent; atque in officiorum cum eis permutatione, consilium expleant Apostoli: *Honore invicem praevenientes* (3): Episcopis, clero et populo studiosum ac benevolentem animum probent; eundem plane spiritum in se referentes, quo Joannes Apostolus agebatur, quum Apocalypsim dedit *septem ecclesiis quae sunt in Asia* inscripta salutatione: *Gratia vobis et pax ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est* (4): in omnique agendi ratione sese praestent eos, qui vere habeantur nuntii digni conciliatoresque sanctae unitatis inter Orientales Ecclesias et Romanam, quae centrum ejusdem est unitatis et caritatis.—Haec ipsa simi-

(1) Eph. IV, 13, 16.

(2) Ib., 4.


(3) Rom. XII, 10.

(4) Apoc. I, 4.

liter sentiant, similiter peragant, hortatu jussuque Nostro, sacerdotes latini, quotquot in eisdem regionibus egregios labores obeunt ad sempiternam animorum salutem; religiose in obedientia Romani Pontificiis laborantibus, tunc vero dabit Deus ampla incrementa.

Igitur quaecumque his litteris decernibus declaramus, sancimus, ab omnibus ad quos pertinet inviolabiliter servari volumus ac mandamus, nec ea notari, in controversiam vocari, infringi posse, ex quavis, licet privilegiata causa, colore et nomine; sed plenarios et integros effectus suos habere, non obstantibus Apostolicis, etiam in generalibus ac provincialibus conciliis editis, constitutionibus, nec non quibusvis etiam confirmatione Apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus ac praescriptionibus; quibus omnibus, perinde ac si de verbo ad verbum hisce litteris inserta essent, ad praemissorum effectum, specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.—Volumus autem et harum Litterarum exemplis etiam impressis, manuque Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum suo sigillo munitis, eadem habeatur fides quae presentibus hisce Litteris haberetur ostensis.

Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo quarto pridie calendas decembris, Pontificatus Nostri decimo septimo.—A. CARD. BIANCHI PRO-DATARIUS.—C. CARD. DE RUGGIERO.—VISA, DE CURIA I. D E AQUILA E VICECOMITIBUS.—*Loco † Plumbi.*—*Reg. in Secret. Brevium.*—I. CUGNONI.



ALOCUCIÓN DE SU SANTIDAD AL SACRO COLEGIO

CON MOTIVO DE LAS PASCUAS DE LA NATIVIDAD

Los deseos y votos que acaba de manifestarnos, por boca de su digno decano, el Sacro Colegio de Cardenales, con ocasión de las alegres solemnidades de Navidad, han llegado derechamente á Nuestro corazón, y Nós, al acogerlas con gratitud, levantamos los ojos hacia el Salvador del mundo, suplicándole humildemente, durante los augustos misterios que vamos á celebrar en estos días, se digne confirmar estos votos con su gracia misericordiosa y escucharlos con benevolencia.

Entre esos agradabilísimos votos, Nos complace fijarnos particularmente en el que se Nos desea que veamos la civilización cristiana esparcida y floreciente en los pueblos, y el reino de Dios extendido sobre la tierra. A este noble designio precisamente, al cual van unidos bienes inestimables para todo el que juzgue de las cosas con rectitud, Nós hemos dedicado sin descanso durante más de tres lustros el mejor de nuestros cuidados apostólicos. En esto, confesámoslo lleno de gratitud, la bendición del cielo fué verdaderamente amplia para Nós, bendición que Nos da continuamente nuevos motivos de fuerza y de esperanza. Nuestra palabra se refiere principalmente á ese despertar saludable, y tan deseado, de Fe religiosa que se manifiesta y resplandece en las diversas naciones. Ellas fueron en otro tiempo, y durante varios siglos, favorecidas por la Fe y colmadas de los más señalados beneficios. Pero desde entonces, demasiado olvidadas de su obra regeneradora, no han temido atacarla y aun renegar de ella.

Hoy, por designio de la Providencia, sucede que á consecuencia de errores y peligros constantes del orden moral y social, han venido á considerar y reconocer que es soberana locura olvidar y desdeñar el reino de Dios y su justicia. Ven ellas que los Estados, lo mismo que los individuos, se jactan en vano de obtener bienestar y perfección, si no los buscan en el Soberano Autor de todas las cosas, moderador y fin último de toda criatura. Ven que, abandonada la Fe en Dios, nada valen la conciencia del deber y las virtudes cívicas, y que las leyes mismas y los castigos no bastan á contener los ánimos y á domar á las multitudes, sino más bien las exasperan.

Siendo las cosas estas de tal evidencia, ¿quién no reconoce la extraordinaria importancia, que para todos tiene el trabajar de común acuerdo, unánimemente, á fin de que este despertar y crecimiento de la Fe cristiana se difundan con libertad y penetren con vigor en todas las venas de la vida pública y privada?

¡Ah! que Dios salga por su honor, tan indignamente vilipendiado! Que su nombre resuene con veneración en las Cámaras legislativas, en los Colegios, en las Academias, en las Asociaciones, en las familias, y que por la solicitud de aquellos á quienes incumbe este deber, resuene también en los ejércitos, en las escuelas, entre los obreros y en los pueblos todos que de él están hambrientos.

De tal suerte arraigada la Fe en Dios, y animada toda la sociedad con su espíritu, el hombre entrará en una existencia nueva, tenderá á un fin más noble, se empleará en la investigación de las más altas verdades, adornándose con los mejores frutos de la civilización, estimulándose para las virtudes más sublimes, y perfeccionándose tanto en la vida terrestre, que se haga apto para conquistar la ce-

lestial. Esa cabalmente es la civilización que trajo á los hombres el Verbo de Dios hecho carne.

Pero habéis querido, señor Cardenal, en vuestra acendrada piedad llevarnos desde el misterio de Belem al de los Santos Altares, señalándonos la Eucaristía como el punto céntrico de la vida cristiana y sacramento de unidad, de paz y de amor. Habéis recordado especialmente los Congresos eucarísticos destinados á reavivar y propagar su culto, causándonos vivísima satisfacción.

Mucho nos consuela el recuerdo de tales Asambleas, siempre por Nós favorecidas, y en los últimos años convocadas en diferentes naciones.

Memorable entre todos ha sido el Congreso de Jerusalén, ciudad privilegiada y feliz testigo de la institución de este Sacramento; primeramente el de Nápoles y poco há el de Turín, celebrados con gran solemnidad, y hoy el de Milán, que se propone imitar esos ejemplos. Muy bien hace en ello, porque la gratitud exige que se multipliquen los desagravios por los ultrajes que recibe el Hombre-Dios en tan inefable misterio, y la necesidad reclama también que se acuda á Dios con la mayor confianza para implorar el colmo de las Divinas Misericordias.

Y ahora, correspondiendo á los afectos con que el Sacro Colegio distingue á Nuestra Persona, deseamos que el Divino Niño os bendiga, y en prenda recibid también la Bendición Apostólica.



ANTOLÍN, POR LA MISERICORDIA DIVINA,

DEL TÍTULO DE SAN AGUSTÍN, *in urbe*, DE LA SANTA ROMANA IGLESIA PRESBITERO CARDENAL MONESCILLO Y VISO, ARZOBISPO DE TOLEDO, PRIMADO DE LAS ESPAÑAS, PATRIARCA DE LAS INDIAS OCCIDENTALES, CAPELLÁN MAYOR DE SU MAJESTAD, CANCELLER MAYOR DE CASTILLA, COMISARIO GENERAL APOSTÓLICO DE LA SANTA CRUZADA, CABALLERO GRAN CRUZ DE LA REAL Y DISTINGUIDA ORDEN ESPAÑOLA DE CARLOS III Y DE LA AMERICANA DE ISABEL LA CATÓLICA, SENADOR DEL REINO, ETC., ETC.

A Vos, nuestro Venerable Hermano en Cristo Padre

EXCELENTÍSIMO É ILUSTRÍSIMO SEÑOR OBISPO DE SALAMANCA

Salud y gracia en Nuestro Señor Jesucristo

Por cuanto la Santidad de Leon XIII, que felizmente rige la Iglesia, se dignó prorrogar con fecha diez y siete de Mayo de mil ochocientos noventa, por el tiempo de doce años, la Bula de la Santa Cruzada, y con fecha veintiseis de Abril de mil ochocientos ochenta y siete, por diez años la del Indulto Cuadragesimal, bajo las bases de que el producto de la primera se había de destinar á las atenciones del culto divino, y el de la segunda á obras de caridad y de beneficencia, y que los Sres. Obispos fuesen administradores natos, sin dependencia laical, en sus respectivas diócesis.

Por tanto, daréis las disposiciones que creáis convenientes, para que en vuestra Iglesia Catedral sea recibida dicha Santa Bula, y publicada con la solemnidad que corresponde, á cuyo objeto os remitimos el adjunto Sumario de las facultades, Indulgencias y privilegios otorgados por aquella concesión apostólica. Asimismo dispondréis que

los Sres. Curas párrocos de vuestra diócesi hagan la predicación en el tiempo y forma que sea de costumbre y para que las personas que nombráreis para la expendición de Sumarios y colectación de limosnas se arreglen á las instrucciones que les diéreis.

La limosna que está señalada por cada clase de Sumarios es la que en los mismos se expresa, y que deben satisfacer las personas que las tomaren, según sus categorías sociales y renta de que disfruten, quedando derogados cualquier privilegio ó costumbre en contrario: Por la Bula común de Vivos, *setenta y cinco céntimos de peseta*. Por la de Difuntos, *setenta y cinco céntimos de peseta*. Por la de Composición, *una peseta quince céntimos*. Por la de Ilustres, *cuatro pesetas cincuenta céntimos*. Por la de Lacticinios de primera clase, *seis pesetas setenta y cinco céntimos*. Por la de segunda clase, *dos pesetas veinticinco céntimos*. Por la de tercera clase, *una peseta quince céntimos*. Por la de cuarta clase, *cincuenta céntimos*. Por la de Indulto Cuadragésimal de primera clase, *nueve pesetas*. Por la de segunda clase, *tres pesetas*. Por la de tercera clase, *cincuenta céntimos*.

Dado en Toledo á diez y nueve de Noviembre de mil ochocientos noventa y cuatro.—EL CARDENAL MONESCILLO, *Comisario Apostólico general de Cruzada*.—Por mandado de su Eminencia reverendísima, el Secretario-Contador, *Eduardo Moreno y Caballero*.

*
* *

En cumplimiento del respetable documento que precede, hemos dispuesto que, como en años anteriores, se haga la solemne publicación de la Bula en la capital el domingo de Septuagésima, y en los pueblos de la diócesi, los días que los Párrocos acostumbren hacerlo, exhortando á estos interesen á sus feligreses para que se provean de la Santa

Bula, explicándoles claramente su importancia y los beneficios que puedan reportar de esta gracia especialísima que la bondad de la Santa Sede se ha dignado otorgar al pueblo español.

Salamanca 2 de Enero de 1895.

† EL OBISPO DE SALAMANCA.

NOS EL OBISPO, DEAN Y CABILDO

DE LA SANTA BASÍLICA CATEDRAL DE SALAMANCA,

Hacemos saber: Que en esta Santa Iglesia se halla vacante el *Beneficio Presbiteral de Sochantre*, y debiendo proveerse en los términos que previene la Real orden de diez y seis de Mayo de mil ochocientos cincuenta y dos, hemos acordado convocar á oposición á todos los que sean presbíteros ó puedan serlo dentro de un año, contando desde el día de la posesión, no admitiéndose á los mayores de cuarenta años. En el término de cuarenta días desde la fecha, ó más que Nos pareciese prorrogar, presentarán los opo- sitores sus solicitudes ante nuestro infrascrito Secretario Capitular, acompañando fe de bautismo legalizada, le- tras testimoniales de sus Prelados, si fueren eclesiásticos, ó documento que acredite su conducta y buenas costum- bres, si no lo fueren. Habrán de tener la instrucción que corresponde en canto llano y figurado, voz natural, clara, de buen cuerpo y con la extensión de trece puntos conta- dos desde *F-fa ut-re grave* hasta *D la-sol-re agudo*, siendo de advertir que se dará la preferencia á aquel que, llenan- do las anteriores condiciones, tenga los conocimientos y aptitud necesarios para desempeñar el papel de Bajo de Capilla.

Los ejercicios de oposición se harán á presencia de una diputación nuestra y bajo la inspección de examinadores que nombraremos al efecto, habiendo de cantar de repente cada opositor las piezas que se le designen, con las demás pruebas que se estimen convenientes hacer. Será obligación del agraciado asistir á todas las horas canónicas y demás oficios divinos: regir el coro alternando por semanas con el Beneficiado Salmista, á excepción de los *semidobles* que serán de cargo de este último, y además en los días solemnes, domingos, jueves ó días de renovación, Semana Santa, octava de Corpus y funciones extraordinarias á que asistiere el cabildo: suplir al Beneficiado Salmista en sus ausencias, enfermedades y vacantes, cantar cuando el Cabildo lo mandare, en su caso, el papel de Bajo con la Capilla de música, cumplir todas las cargas comunes á los otros Beneficiados en cuanto lo permitan los particulares de su oficio, y últimamente, las que se le harán saber en nuestra Secretaría, y que firmará antes de ser admitido á los ejercicios. En testimonio de lo cual mandamos expedir y expedimos el presente, firmado por Nos y por el señor Presidente del Cabildo, sellado con el de nuestras armas y refrendado por el infrascrito Secretario Capitular. Dado en Salamanca á siete de Diciembre de mil ochocientos noventa y cuatro.—FR. TOMÁS, *Obispo de Salamanca*.—*Dr. Tomás Ubierna*, Dean Presidente.—Por acuerdo del Ilmo. Sr. Obispo, Dean y Cabildo de esta Santa Basílica Catedral, *Lcdo. Calixto Lajas*, Canónigo Secretario.

EDICTO para la provisión del Beneficio Sochantre en esta Santa Basílica Catedral de Salamanca con término de cuarenta días que cumplirán el día quince de Enero de mil ochocientos noventa y cinco.

Sobre duplicidad del impedimento de parentesco espiritual.

Con fecha 17 de Febrero del último año, el Eminen-
tísimo Cardenal Bouren, Obispo de Rodez, consultó á la
Sagrada Congregación de la Universal Inquisición de Roma
una duda importantísima sobre la unidad ó pluralidad de
vínculos en el parentesco espiritual contraído apadrinando
en un mismo Sacramento varios hijos de una misma per-
sona.

Hasta ahora la mayoría de los autores se inclinaba por
la pluralidad del impedimento, y apenas había uno que
otro que sostuviese lo contrario. Acaece á las veces que
una misma persona hace la confirmación de dos ó más hijos
de otra. Esto mismo, aunque muy raramente, se ha veri-
ficado también en el bautismo. Sánchez, los Salmantice-
ses, San Ligorio y muchos otros afirman que, en este caso,
existen dos impedimentos de compaternidad espiritual
entre el padrino y la madre de los hijos del apadrinado,
y por consiguiente, que es necesario para la validez de la
dispensa expresar en las preces la circunstancia que, se-
gún ellos, constituye nuevo impedimento numéricamente
distinto del otro. Las principales razones en que se apo-
yaban eran éstas:

1.^a Las causas son distintas y aun diversas, puesto que
hay varios niños y varios Sacramentos. Luego también
son distintos los efectos, ó sea los impedimentos que de
ellas nacen.

2.^a El que peca con dos parientes en segundo grado de
la esposa, contrae doble impedimento de afinidad. Luego
el que en la confirmación apadrina á dos hijos de una mis-
ma madre, se une á ésta con doble lazo espiritual.

3.^a Es cierto que en nuestro caso el padrino contrae parentesco espiritual con cada uno de los hijos; luego también con la madre por dos causas distintas. Parece, por tanto, que estos impedimentos deben declararse en las preces, puesto que hacen que el parentesco espiritual sea más estrecho, y que sea por lo mismo necesaria una causa más grave para dispensarlo.

Fundada en estas razones, la precedente doctrina había cundido entre los autores de moral sin hallar apenas obstáculo alguno, y se había hecho tan común que la contraria era en general tenida por improbable y destituida de sólido fundamento; pero la reciente decisión de la Universal Inquisición Romana ha elevado al grado de certeza lo que parecía improbable; de manera que en adelante la contraria debe tenerse por falsa sin que sea lícito sostenerla. Hé aquí en qué términos se propusieron las dudas, y las palabras con que la Sagrada Congregación resolvió:

I. El que apadrinó en el Bautismo ó en la confirmación á dos ó más hijos de una misma madre, ¿contrae con ésta tantos impedimentos de compaternidad espiritual cuantos son los hijos que apadrinó?

II. Todos estos impedimentos ¿deben expresarse en las preces para que sea válida la dispensa?

Después de haber discutido esta cuestión en la Congregación general habida el miércoles 7 de Mayo de este año, los Emms. Inquisidores generales mandaron responder:

Si alguno apadrina en un mismo Sacramento varios hijos de una misma persona, no acrece el parentesco espiritual, y por lo tanto, no es necesario para la validez de la dispensa que se exprese en las preces esta circunstancia.

Dado en Roma el 23 de Abril de 1894.—Cardenal Mónaco.

COLLATIO MORALIS PRO MENSE JANUARI

QUÆSTIO DOCTRINALIS

Utrum poenitens in extremo vitae suae possit absolvi a quolibet sacerdote? D. Th. Supl. in tertiam partem, quaestione VIII, a. 6.

CASUS CONSCIENTIÆ

Nicodemus, parochus, qui colloquia inhonesta cum Caja habuerat, sciens eam graviter decumbere, media congrua adhibere neglexit alium Sacerdotem procurandi ut eam audiret in confessione quam ardentem desiderabat. In articulo mortis constituta et deficiente alio sacerdote sacramentalem ejus confessionem excepit, eamque absolvendo a complicitatis crimine.

1.^{um} Quaeritur Quid circa absolutionem complicitis Benedictus Papa XIV statuatur in Const. *Sacramentum Poenitentiae*?

2.^{um} An complex complicem absolvere possit non solum in articulo verum etiam in periculo mortis?

3.^{um} Utrum absolutio impertita a Nicodemo fuerit valida, et hic poenas legis incurreret in casu?

ORDENES SAGRADAS

Nota de los individuos que las han recibido de manos del Excmo. Prelado de la diócesi, en las últimas Témporas de Santo Tomás Apóstol.

Presbiterado.

Don Ignacio Arroyo Vicente.

Subdiaconado.

Don Marcelo Benito Corredera.

- » José de la Mano Benítez.
- » David González Crego.
- » Feliciano Bermejo Toribio.
- » Julián Portilla Martín.
- » Bonifacio Sánchez Engeldo.
- » Pedro Rosendo García.
- » Ignacio Barrado Hernández.
- » Agustín Arias Camisón.
- » Epifanio Vicente García.
- » Antonio Bravo Riesco.

Prima Tonsura y Ordenes Menores

Don Miguel Campo Tejedor.

- » Enrique Vicente Martín de Herrera.
- » José Encinas Bellido.
- » Ildefonso Martín Ramos.
- » Nemesio Alonso Jiménez (de la diócesi de Avila).
- » Modesto Aldama y Uribarri (de la de Vitoria).
- » Justo Arnaiz y Hoz (de la de Burgos).

LOS PADRES CARMELITAS EN SALAMANCA

De enhorabuena debe estar nuestra Ciudad al tener la dicha de albergar de nuevo á los humildes hijos de la Orden Carmelitana. Sus blancos hábitos vuelven á verse flo-
tar por sus calles, cubiertas aún del polvo de las ruinas y las demoliciones revolucionarias, y el ejemplo de la vida angelical y fervorosa de estos religiosos contribuirá, á no dudarlo, á purificar el ambiente malsano de la inmoralidad y del vicio. Salamanca, repetimos, está de enhorabuena, y comprendiendo el beneficio singular que el Señor, dador de todo bien, le otorga, abre jubilosa sus puertas á los recién venidos, y les dispensa la más entusiasta acogida.

El domingo, 16 del pasado Diciembre, fué el día elegido

para la inauguración del templo en que han de dar culto al Señor los PP. Carmelitas, en la que fué parroquia de Santa María Magdalena, suprimida á consecuencia del arreglo parroquial.

A las tres de la tarde se formó ordenada procesión en el convento de las MM. Carmelitas, en la que tomaron parte la asociación de Santa Teresa, comisiones de los reverendos PP. Jesuitas, PP. Dominicos, Seminario, Clero de la capital y la nueva Comunidad. El Excmo. Prelado, revestido de Pontifical y acompañado de muy ilustres señores Capitulares de la Catedral, llevaba en sus manos el Santísimo Sacramento, bajo palio. La autoridad militar, presidida por el digno Coronel Sr. Infante, cerraba la comitiva. Al llegar la cual al templo de la Magdalena, se abrieron sus puertas y el Dios de la Majestad entró triunfante en su casa, quedando expuesto á la adoración de los fieles en el sagrado tabernáculo. La iglesia resultaba muy pequeña é incapaz de contener la muchedumbre de personas piadosas que habían acudido á presenciar acto tan solemne. La Capilla de música de la Catedral cantó un precioso motete á Jesús Sacramentado, y después de saludar los hijos del Carmelo á su excelsa patrona con ese himno precioso que se llama la Salve, subió á la cátedra sagrada nuestro amadísimo Prelado, el cual—cedemos la palabra á un periódico de la localidad—

«...dejando á su corazón el dominio de la palabra, cautivó la atención religiosa del auditorio por espacio de una hora. Uno de sus momentos de satisfacción íntima, uno de los gozos más del alma, en el tejido, como él decía, de amarguras y sinsabores de su difícil ministerio, llamaba el elocuente Sr. Obispo de Salamanca, al momento de abrir con toda solemnidad y entusiasmo un templo y dedicar á Dios una nueva casa de oración.

Y tomando palabras, y giros, y espíritu de Santa Teresa, ensanchaba su pecho, alabando á Dios por el beneficio que dispensa á esta ciudad con la venida de los Carmelitas. Él recordaba la gloria de la Reformadora del Carmelo, veía imitada su vida en sus hijos, seguidores de las enseñanzas de la Madre, y se felicitaba, como Pastor de este pueblo, al haber colocado una piedra en el santuario, invitando á los venturosos Carmelitas para establecerse en Salamanca y dispensar aquí los beneficios de su celo, predicación y ejemplo».

Para conmemorar tan fausto acontecimiento de la instalación de la Comunidad en Salamanca y la inauguración de su iglesia, se celebró un tríduo de funciones religiosas, que comenzaron con los actos que dejamos reseñados,

y en las cuales predicaron el R. P. Zugasti, de la Compañía de Jesús; el R. P. Lacalle, de la Orden de Santo Domingo; el M. I. Sr. Canónigo Magistral de esta ciudad, D. Francisco Jarrín, y el R. P. Salvador, Religioso Carmelita.

Durante este tríduo solemnisimo, permaneció expuesto, de día y de noche S. D. M., haciendo la vela en las noches del domingo y lunes, los socios de la Adoración nocturna, y no hubo momento en que no se vieran postrados ante el augusto Sacramento multitud de fieles de uno y otro sexo, adorando con grande recogimiento y edificación al Dios de la Majestad y de las misericordias. Alabemos y mostrémonos agradecidos al Señor, por esta merced que nos envía, y que las oraciones y la vida de santidad de los hijos de Teresa de Jesús, hagan llover sobre Salamanca colmadas bendiciones de dicha y de ventura.

HERMANDAD DE SUFRAGIOS MÚTUOS DEL CLERO

ADVERTENCIA

Por olvido involuntario no se participó á tiempo debido la defunción del Párroco de La Sierpe, D. Benito Encinas, acaecida el 17 de Septiembre de 1893. Al anunciarlo ahora, rogando á los Señores Socios apliquen una misa y tres responsos por el alma del finado, se advierte que no se mandará en este BOLETÍN decir los sufragios de Hermandad por ningún Asociado, si antes los Testamentarios, ó el señor Arcipreste respectivo hace constar en la Secretaría de Cámara que el difunto había también cumplido con las cargas de la Hermandad, según resulte de su libro de asientos.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.